

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti

Gellius, Aulus

Venetiis, 1515

Liber Octauus hac aetate nor reperitur. Sed ex uetustis simo exemplari
haec capita excerpta sunt.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-724024)

A. Gellij Noctium atticarum liber Octauus
 hac ætate non reperitur. sed ex uetustis
 simo exemplari hæc capita ex-
 cerpta sunt.

Hæsterna noctu recte an cū uitio dicatur, et q̄ nã
 su p̄ istis uerbis grāmatica traditio sit. Itemq; q̄ decē
 uiri in XII tabulis nox pro noctu dixerūt. Cap. I

Quæ mihi X uerba dederit Phauorinus, quæ u sur
 pentur quidem à græcis, sed sunt adulterina et bar
 bara: quæ item à me totidē accepit: quæ ex medio cō
 muniq; usu latine loquētū minime latina sunt: neq;
 in ueterum libris reperiuntur. Cap. II.

Quem in modum & quàm se uere increpauerit
 audientibus nobis Peregrinus philosophus adolescē
 tem Romanum ex equestri familia stantem segnem
 apud se & assidue oscitantem. Cap. III.

Quod herodotus scriptor historiæ memoratissimus
 parum uere dixerit unam, solamq; pinum arborū
 omnium causam, nunq̄ denuo ex hisdem radiabus
 pullulare: & q̄ itē de aqua pluuiali, et nūe rē non
 satis exploratam pro comperta posuerit. Cap. IIII.

Quid illud sit, quod Virgilius Cælū stare pulue
 re, et q̄ Lucilius pectus sentibus stare dixit. Cap. V.

Cum post offensus uinculas in gratiam redeatur, ex
 postulationes fieri mutuas minime utile esse, superq;
 ea re & sermo Tauri expositus: et uerba Theophra
 sti libro sumpta, et q̄ M. Cicero de amore amicitie
 senserit cum ipsius uerbis aditum. Cap. VI.

Ex Aristotelis libro, qui inscriptus est,

cognita accepta q; de natura memoriae, et habitu
inibi alia quaedam exuberantia, aut interitu eius
eta audita. Cap. VII.

Quid mihi usu uenerit interpretari, et quasi
fingere uolenti iocos quosdam Platonicos Latina or
tione. Cap. VIII.

Quod Theophrastus philosophus omnium suae
tis doctissimus uerba pauca ad populum Athenien
sem facturus, deturbata uerecundia obtinuerit: quod
idem hoc Demostheni apud Philippum regem uerba
facienti euenerit. Cap. IX.

Qualis mihi fuerit in oppido eleusino discipulo
tio cum grammatico quodam praestigioso tempora
borum, et puerilia meditamenta ignorante. Remo
tarum autem questionum nebulas, et formidines
capiendos imperitorum animos ostentanti. et quod
stue responderit Xatippe uxori Socrates petenti
Dionysia largiore sumptu coenitaret. Cap. X.

Quid significet in ueterum libris scriptum plerique
et quod ea uerba accepta a graecis uidentur. Ca. XI.

Quosones quod homines a fri dicunt non esse
bum poenicum, sed graecum. Cap. XII.

Lepidissima Altercatio Phauorini philoso. aduer
sus quaedam intempestuum de ambiguitate uerborum
differentem, atq; inibi uerba quaedam ex Neuo poeta
et Cneo Gallo non usitate collocata, atq; ibidem
Nigidio origines uocabulorum explorata. Ca. XIII.

Quibus modis ignominiatu, tractatusq; sit a
Caesare Laberius poeta, atq; inibi appositu uersus
per eadem re eiusdem Laberij. Cap. XIII.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICA
RVM COMMENTARII. LI-
BER NONVS.

Quamobrem Q. Claudius Quadrigarius in un-
deuicesimo annali scripserit rectioresq; certioresq;
ictus fieri si sursum quid mittas quã si deorsum.

Caput

I.

Claudius in undeuicesimo annali,
cum oppidũ a Metello procons. op-
pugnari, contra ab oppidanis desu-
per e' muris propugnari describe-
ret, ita scripsit. Sagittarius cum fun-
ditore utring; summo studio, spargunt fortissime. sed
sagittam, atq; lapidem deorsum an sursum mittas
hoc interest. Nam neutrum potest deorsum uersum re-
cte mitti: sed sursum utrũq; optime. quare milites Me-
telli sauciabantur multo minus, & quod maxime o-
pus erat: a pinnis hostes defendebant faalline. Per-
contabar ego Antonium Iulianum rhetorem, cur hoc
ita usu ueniret: qđ Quadrigarius dixisset? ut conti-
gui magis, directioresq; ictus fiant, si uel lapidem,
uel sagittam sursum uersus iacias, quã deorsum? Cũ
procliuior, faciliorq; iactus sit ex supernis in infi-
ma, quã ex infimis in superna. Tũ Iulianus com-
probato genere quæstionis, quod de sagitta inquit, et
lapide dixit, hoc de omni fere' missili telo dici potest.
Facilior autem iactus est (sicuti dixisti) si desuper ia-